

itinerario infernie: maxime vsq; ad illū
locū in q̄ qualiter beato petro in ponti-
ficatum successisse ostenditur. Cetera ex
eius gestis que cōiter habentur sumunt

Clemens episco

pus ex nobili romanorū p̄ sapia
ditus est. Pater eius faustinianus. Ad
vero eius Macidiana nuncupata est.
Habuitq; duos fratres quorum vnus
faustinus alter faustus dicebat. cumq;
macidiana mater eius mira corpis pul-
chritudine polleret: frater viri sui libi
dinoso amore in eam vehementer exar-
sit. Cum autē eam quotidie molestarēt:
et ipsa sibi nullatenus assentire vellet:
et viro suo hoc reuelare timeret ne inter
duos fratres inimicicias suscitaret: co-
gitauit p̄ aliquod tempus se a patria ab-
sentare donec illicitus amor conquiesce-
ret: quem aspectus p̄ntie inflammaret:
ut autē hoc a viro suo obtinere valeret.
somniaq; valde confinxit callide. qđ
in hunc modum viro reuulit: dicens.
Ecce quoddam mihi p̄ visum astidit nu-
men: precipiens vt confestim cū duob;
geminis. s. faustino et fausto ab vrbe di-
scederem: et tamdiu abessem donec ipse
mihi rediam imparet. qđ si non facerē
simul cū duobus liberis interirem. Quis
vir audiens vehementer expauit ac vro-
rem cum duobus liberis et familia mul-
ta athenas misit: vt et ibi maneret et fili-
os faceret erudiri. Ad inuicem autē filius
s. clementem cum esset annorū quinq;
sibi ip̄ in solatium retinuit. cum autem
mater cum filiis nauigaret. nocte quadā
nauis naufragium perit. et mater sine
filiis a fluctibus eiecta super quoddam
saxum euasit. q̄ duos natos perisse con-
siderans. p̄ nimio dolore in maris fun-
dū se precipitasset. nisi qđ saltem eorum ca-
davera se repturam sperabat. At vero
ubi nec viuos nec mortuos se repire pos-
se cognouit. clamores vt ululatus ma-
ximos dabat. manus suos moribus la-
cerabat: nec vllum cōsolationem ab aliq̄

recipere volebat. cumq; multe mulieres
astarent. q̄ sua infortunia eidem narra-
rent: et illa ex hoc consolationē non reci-
peret. affuit quedā mulier inter ceteras
que virum suū adolentē et nauis in
mari perisse asseruit: et ob sui amorē post
modum nubere recusauit. Recepta igit̄
qualicunq; cōsolatione: apud ipsa man-
nebat. et quotidianū victum suis mani-
bus acquirebat: sed non multum post
manus eius: quas crebris moribus
lacerauerat sine sensu. et mortue a deo
sunt effecte: vt cum ipsis nullatenus opa-
ri posset. Illa autē q̄ eam susceperat para-
lisim incurrit et de lecto surgere non va-
lebat. Sicq; macidiana mendicare com-
pellitur: et ipsa cum hospita ex his q̄ in-
uenire poterat pascebatur. Cōpleto igit̄
anno quo macidiana cū liberis discessit
et patria: misit athenas nuncios vir eius
vt ipsos requirerent: et quid agerent in-
timarent. Sed illi qui missi fuerant nul-
latenus redierunt. Beniq; cum alios mi-
sisset. et illi reuerentes se nullum inde ve-
stigium reperisse narrarent. clementem
filium suum sub tutoribus dereliquit. et
ipse ad querēdum vxo-rem cum filiis na-
uem conscendit sed minime redijt. Tri-
ginti igitur annis clemēs orbatus stetit.
nec de p̄te vel de matre vel de fratribus
aliquod indicium inuenire potuit. Ipse
autē clemens studio l̄rarum se contulit.
et summū p̄bie apicem apprehendit. Be-
siderabat autē vehementer. et studiose q̄
rebat qualiter sibi a se immortalitas per-
suaderi posset. Ob hoc q̄ p̄horū scolas
frequenter adibat. et siquidē q̄ immorta-
lis esset obtinebat gaudebat. Si qñ vo-
q̄ mortalis esset p̄cludebat: tristis abse-
debat. Beniq; cum barnabas romam ve-
nisset. et fidem xp̄i predicaret. p̄bie cum
tanq̄ insanum et amentem deridebat
Cū et quidā (s̄m quosdā fuit clemēs)
p̄bus qui eū p̄mo sicut alij deridebat
et eius predicationem contemnebat. eas-
dem questionem p̄ densu barnabe fecit.
dicens. cum culex animal sit exiguum: qđ